



Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei Præcepta Pars ...

Tractatus V. Ad Præcepta II. Tabulæ De Delictis Contra Justitiam, Seu
Injusta læsione Proximi in Bonis Animæ, Vitæ seu Corporis, Famæ,
Fortunæ & c. Ac Restitutione Inde Debita

Sporer, Patricius

Salisburgi, 1713

Sectio I. Furti definitio, divisio, malitia, materia, gravis, ac levis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60167](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60167)

...artorum &c. *Tertiâ.* accepta ob occultam com-
...pensationem. *Quartâ.* accepta propter neces-
...D. A...tatem. *Quinta.* acceptio personarum, ac
...munerum; ubi de acceptis ob opus aliâs debi-
...tum, & ob turpem causam. *Sextâ.* defraudatio
...regalium, gabellarum &c. ubi etiam strictim
...criminibus falsi. Sit in nomine Domini.

SECTIO I.

Furti definitio, divisio, malitia, materia
gravis, ac levis.

SUMMARIUM.

- Explicatur definitio furti propriè, & theologice sumpti.
Usque ad n. 11.
- 11. Furti divisio.
- 12. Rapine quid?
- 13. Quid contractus damnosus?
- 14. Quid damnificatio injusta?
- 15. Alia inculcata, alia culpata &c. Usque ad n. 20.
- 16. Furtum est peccatum ex genere suo mortale.
- 17. Veniale ebadii I. tam ex parte furantis v. g. indelibe-
ratè agentis,
- 18. Quam II. ex parte Domini, v. g. non multum inbiti &c.
- 19. & 20. Ex cuius parte etiam augetur, saltem in ratione
offensa, si is multum inbitus sit. &
- 21. III. Maxime ex parvitate materiae veniale sit.
- 22. At que sit materia gravis, qua levis, sic distinguen-
dum est.
- 23. Materia gravis absoluta respectu cujuscunq; etiam opu-
lentissimi, aut Regis potentissimi, sunt duo circiter
ducati: materia vero gravis respectiva ad conditio-
nes personarum, est quantitas sufficiens ad victum
unius diei tali persona.
- 24. Probat, & declaratur pulchre, Usque ad n. 34.

Furti

3 **F**urti sic latè sumpti, prout generatim porri al
 betur septimò Præceptò, *non furtum* lum o
 pro omni nimirum injuria proximo illata
 bona fortunæ seu temporalia externa, com
 numerantur tres species: *furtum proprie dictum*
rapina: & *damnificatio injusta*; quibus
 annumeratur quarta, *contractus damnosus*:
 omnis injuria, seu læsio proximi in bonis fortunæ
 aut fit lucrosè, scilicet acquirendo, auferendo,
 usurpando rem alienam invito dominò: & in
 primò, vel occultè per dolum & ignorante do
 mino: & dicitur *furtum proprie dictum*.
 do, vel apertè per vim præsentis, scienti ac
 lenti dominò illatam: & dicitur *rapina*.
 aut mediò modò, vel omninò ignaro, vel non
 ninò invito dominò: & erit *contractus damnosus*.
 Quartò, aut denique quocunque istorum
 rum, si non lucrosè, nihil scilicet sibi acquirendo
 auferendo, vel usurpando; sed solùm destrucendo
 vel deteriorando rem proximi: & dicitur
damnificatio injusta, seu *damnum injustè datum*.

ASSERTIO I.

4 **F**urtum proprie & theologice dictum, est
 tractatio rei aliena externè occulta
 biliter invito dominò. Rapina est tractatio
 aliena violenta præsentis ac invito dominò.
 tractus dolosus est tractatio rei aliena,
 omninò ignarò, vel non omninò invito dominò.
 Damnificatio injusta, seu *damnum injustè datum*
 est occulta vel violenta destructio, vel deterioratio

Seti. 1. Furti definitio, & divisio &c. 623
re aliena invito dominò. Ita in re omnes. So-
m opus est explicatione. Sit igitur

§. I.

Furtum.

Et *contrectatio* : hoc est acceptio, & detentio rei alienæ seu simul, seu seorsim : quamvis enim omnis injusta oblatio, vel acceptio rei alienæ fiat propter detentionem, usurpationem ; interdum tamen possunt ab invicem separari, & realiter, & formaliter in rationi peccati : nam si fur in flagranti deprehensus re furtò ablata statim spoliatur, est tantum ablatio, adhuc tamen contrectatio rei alienæ, & verum furtum. Contra, si rem aliam tibi comodatam vel depositam, vel casu apud te relictam injustè detineas, erit tantum detentio, non ablatio injusta, adhuc tamen verum furtum, & contrectatio rei alienæ. Item si quis bona fide accipiat rem alienam, putans esse suam, postea superveniente mala fide, jam resciscens esse alienam, adhuc tamen detinet, & injustè possidere vult ; non quidem accipiendo, sed detinendo peccat verò furtò. Contra si quis mala fide per errorem accipiat rem reverà suam, putans tamen esse alienam, postea comperto errore, utique retinebit, sed accipiendo tantum, non detinendo peccat. Item si quis intendens parum furari, aufert marsupium, quod postea repertum, multum v. g. aliquot aureos detinet, auferendo peccat tantum venialiter, detinendo verò moraliter. Contra si intendas multum furari, parum reperis, & deti-

detines, auferendo peccasti moraliter, detinens
venialiter tantum.

6 II. *Rei aliena*: hoc est, ad alterum jure
spectantis, quocunque tandem, sive dominum
directi, vel utilis tantum, sive quoad
usum, vel detentionem legitimam; non etiam
tantum, qui vero domino auferat rem propriam,
etiam qui usufructuarius, commodatarius, condonator
rem, depositarius &c. invitum privatam
possessione rei sibi concessæ, furtum committitur
censetur, etiam in Jure. *L. cujus interest. ff. de furti-
tis.* Quin etiam ipse dominus directus, si rem
am auferat ab eo, qui jus illa re fruendi, utendi
detinendi habet, ut in comodato, locato, pig-
rato, deposito, furtum committere censetur.
& ipse commodatarius, conductor, depositarius
pignus obtinens, si contra rationem conventionis
sine expresso, vel præsumpto consensu
ejusmodi re utantur, quasi furtum committuntur.
qui furtum, ff. de conditione furtiva.

7 III. *Externa*. Excluduntur bona anime,
poris famæ, vel honoris: quæ aliis injustitia
ciebûs læduntur. Unde si quis à te furetur,
furtivè accipiat artificium aliquod secretum
aliqua arte, vel medicamento, propriè furtum
committeret: quamvis sic tibi damnum inferat
vel lucrum auferret, damnificationem faceret
ad restitutionem obligaretur. Item si quis furtum
hominem liberum, faciendū sibi, vel alteri
vum, non diceretur eum propriè furari: quia
damnificatio est contra bonum corporis, & libe-

tatis, non contra bona externa, ut notat Lugo
disp. 16. de just. sect. I. n. 18. Secus est, si fure-
 tis mancipium à suo domino: mancipia enim
 computantur inter bona externa dominorum. Fu-
 rari autem filium à patre, probabilius non videtur
 furtum propriè dictum, sed tantum damnificatio
 iniusta, ut contra alios cum alijs docet idem Lugo
 cit. *Ratio est*: quia ex una parte, filius non com-
 putatur inter bona externa patris: ex altera autem
 parte, cum propter ejus absentiam privetur pater
 illius servitijs, vel emolumentis, damnum inju-
 stum sine dubio patitur pater.

IV. *Occulta*: vel fraudulenta; saltem sine vi
 illata, id est: aut omninò ignarò dominò quoad
 ipsum factum, ut plerumque fit; aut quoad inju-
 stam saltem facti: ut si quis videret quidem aufer-
 ri rem suam, non tamen putaret esse suam ob do-
 lum vel artificium furantis, aut saltem sine vi illa-
 ta: nam etiamsi sciente & vidente domino, mi-
 nimè tamen consentiente, aliquid sine vi auferas,
 adhuc furtum committis non rapinam: quemad-
 modum solet fieri, quando dominus famulum, aut
 pater filium scienter permittit furari, aut etiam ex-
 positâ pecuniâ, vel clave in cista relicta, furandî
 occasionem præbet, ut illum in furto deprehen-
 sum emendet, aut sibi caveat imposterum; quod
 etiam, salva Charitatis lege, licitè fieri posse, supra
 dictum est *c. I. sect. 3. n. 65.* sine dubio adhuc ve-
 rè furantur. Per hanc ergo particulam præcisè
 differt furtum à rapina.

V. *Inviò dominò*: id est, minimè consentien- 9

te, quin potius omnibus modis contradicente,
rem habitualiter, seu animi dispositione : ut
licet defacto ignarus rei actu non contradicat,
men si sciret rem suam auferri, certissime con-
dicturus esset. Non ergo erit furtum, si scias
credas, vel probabilem rationem habeas puta
dominum consentire : aut non fore invitum,
talem sibi auferri : qua ratione sapissime à
excusantur filii familias, Uxores, Famuli, Re-
si, amici familiares &c. aliquid non valde
invicem accipientes, ut infra videbitur. Dico
men, si probabilem rationem ita credendi, ve-
tandi habeas : nam si solum dubius sis, vel nescis
an dominus sit contentus, vel invitus ; præsum-
dum est, esse invitum : nam ex frequenter con-
gentibus, scimus neminem velle sua disperge-
Additur denique notanter.

IO VI. *Rationabiliter invitò dominò.* ut nimirum
is aliunde non debeat esse rationabiliter contentus
ac consentire, ut talis res sibi auferatur. Non
ergo furtum committit, qui rem auferit alterius,
ens illum, etiam sit, non tamen decere esse
tum rationabiliter. Ut qui accipit rem alienam
tanquam sibi debitam ad justam compensationem
vel ut necessariam in extrema necessitate, de qua
bus infra. Item qui auferit aliena, ipso Deo
premo rerum Domino facultatem dante, quare
ne Israelitæ spoliârunt Ægyptios. Qui auferit
gladium à furioso, vel alias occisuro. Qui auferit
libros hæreticos à non habente legendi facultatem
Item si uxor marito surripiat pecunias, quas in
pe

perderet &c. in his & similibus casibus dominus
 esset irrationabiliter invitus, sibi rem talem auferri.
 Ita DD. passim.

Furtum porro hîc definitum ratione rei ablatæ
 dividitur in simplex, & qualificatum, cui scilicet
 specialis malitia adjungitur: cujus species sunt: *Sacrilegium*, scilicet furtum è loco sacro, aut rei sacræ
 è loco non sacro, aut non sacræ è loco sacro, pro-
 ut distinguitur in jure Canonico *c. quisquis. causa*
17. q. 4. Peculatus, furtum rei pertinentis ad Fi-
 scum Principis. *Plagium*, id est, furtum hominum
 sub potestate aliorum constitutorum, ut servo-
 rum; liberorum. Abigei dicuntur in jure, qui
 insidiantur animalibus aut jumentis. Item in Jure
 fit magnum discrimen inter furem diurnum, qui
 sole lucente furatur, ut agnosci possit, & furem
 nocturnum, qui furatur de noctu, ut agnosci, non
 possit: nam præter alia hic in torro externo impu-
 ne occidi potest, ille minimè.

Denique dixi initio, definiri hîc furtum *theo-12*
logicè: quod scilicet Theologi in foro conscien-
 tiæ pro vero furto habent quoad rationem peccati,
 & obligationem restitutionis. Juristæ enim lon-
 ge strictius furtum definiunt; & multa à ratione
 furti excludunt, quæ theologicè in foro conscien-
 tiæ verissima furta sunt, vel rapinæ. Inprimis
 solam injustam usurpationem rerum mobilium,
 non item immobilium volunt esse propriè furtum,
 vel rapinam. 2. Ob honorem conjugii negant
 esse furtum inter conjuges, si sibi invicem furentur
 (sicut nec inter patrem & filium &c.) nec actio-
 nem

628 *Tract. V. in VII. & X. precept. Decal. Cap.*
nem famosam furti concedunt. sed aliam mi-
rem amotarum rerum. 3. Negant esse furtum
si quis aliquid auferat ex hæreditate nondum
ab hæredibus, quòd ea bona nondum censentur
habere proprium dominum, sed vocantur
tantum expilatæ hæreditatis. 4. Similiter
dant actionem furti adversus Tutorem res
injustè usurpantem, sed aliam mitiorem de rati-
bus distrahendis &c. Textus juris videtur
apud auctores, *Lugo, Tamb.* mox citandos. The-
logi autem illa omnia habent pro veris furtis
restitutioni obnoxiijs, nisi aliundè excusentur.
de si fortè excommunicatio, vel peccati referretur
feratur contra furtum, cum omnino intelligitur
beat de furto theologico, & non juridico tantum
vel civili, sub ea excommunicatione, vel re-
tione omnia hæc enumerata comprehenduntur
tanquam vera furtum theologica. Vide *Lugo*
de just. disp. 16. sect. 1. n. 4. Tamb. lib. 8. Dis-
tract. 2. c. 1. num. 7. & 8.

§. II.

Rapina

13 **E***st contrectatio rei aliena violenta iniuri-*
minò. Differt à furto solâ particulâ, videlicet
quòd nimirum per furtum auferatur res aliena
cultè & dolosè sine vi, domino ignorante
rapinam autem domino videnti ac nolenti, &
suam servare volenti, violentia, adeoque spe-
injuria & contemptus inferitur: ac proinde
cie differre furtum & rapinam docet communi-
ma DD. cum S. Thoma. q. 66. art. 4. Ratio
adeoqu

facta est : quia nimirum præter injustitiam furti, scilicet injustam usurpationem rei alienæ, rapina continet aliam speciem injustitiæ, circa personam, & honorem proximi : nam vim alicui inferre, est species contumeliæ lædentis honorem proximi. Unde fieri potest, ut aliquis à persona illustri rem exiguam per vim auferens venialiter tantum peccet in genere furti, mortaliter verò in genere contumeliæ : & e contra potest mortaliter peccare in genere furti, & venialiter tantum in genere contumeliæ : ut si rustico videnti & reluctanti, vel resistere non audenti rapias ovem v. g. contumelia levis, & venialis est, furtum utique mortale. Porro vis hæc vel violentia rapinam constituens, non solum infertur manibus, vel armis, sed etiam verbis, utpote minis, incussione metus injusti : unde ad rapinam pertinet, quidquid per metum injustum ab altero quis extorquet ; utpote 1. quod v. g. latro mortis metu intentato accipit. 2. In multa tributorum exactiones à potentibus factæ. 3. Si ministri publici, justitiæ maximè, aliquid sibi postulent, quod rogati ob metum recusare non audent : quod dicitur crimen concussionis. 4. Si alterum cogas ad inæqualem seu injustum contractum tecum ineundum. Sed de hoc mox seorsim.

§. III.

Contractus damnosus.

Furti contractus vel usurpatio rei aliena, vel non omnino ignaro, vel non omnino invito domino, adeoque dupliciter fit. 1. Per dolum, ut dum quis

quis alterum decipit circa rei substantiam, qua-
 tem, valorem vel pretium : ut si alteri vendi-
 trum coloratum pro gemma : anulum ex
 calcho pro aureo &c. is usurpat rem alienam,
 ignarò omninò dominò, vident enim ipsum factum
 sed non videt injuriam sibi factam : ideoque
 contractus formaliter spectat ad furtum, licet
 terialiter deficiat. 2. Fit per vim, metum,
 quis alterum quocunque metu injusto cogit ad
 tractum quocunque modo injustum & ei dam-
 sum ; v. g. ad emendum, solvendum præcio
 sivo, vel vendendum pretio justo minori : alio
 tuum accipiendum cum usura &c. is usurpat
 alienam domino simpliciter quidem sciente &
 etum, & injuriam sibi factam, at non omninò
 to, cum simpliciter velit, & consentiat in
 etum istum ; est cum admixto involuntario
 dum quid : quia nimirum nollet ita contrahere
 si metus vel necessitas eum urgeret : & talis con-
 ctus injustus spectat ad rapinam materialiter,
 tenus videnti, vel scienti infertur injuria : ede-
 ciat formaliter, quatenus non simpliciter nollet
 vel invito injuria facta est. Atque rursus
 Theologos in foro conscientiae eadem est ratio
 culpæ, & restitutionis, in ejusmodi contractibus
 damnosis, ac in furto vel rapina : quidquid in
 externo Juristæ distinguant.

§. IV.

Damnificatio injusta.

15 **S**eu *damnum injustè datum dicitur, occul-
 ti violenta destructio seu deterioratio rei ali-*

invito domino. Unde dicitur damnificatio non lucrosa, quòd scilicet ex ea nullum lucrum vel commodum ad damnificantem perveniat : dividiturque in inculpatam, & culpata, culpâ vel theologica, vel civili tantum.

I. Damnificatio inculpata dicitur, quando nulla omnino culpa interveniente damnum inferitur : vel quia damnificans non est capax culpæ, ut si infans, vel furiosus domum incendat : vel quia justa causa est damni inferendi, ut in bello justo defensivo, vel offensivo, quo ob necessariam defensionem, publicam vindictam, aut hostes debilitandos &c. damna inferuntur : item si dominus incensa in parte nondum ardente destruat, aut ædes contiguæ, ne ignis latius diffusus majus damnum inferat ; ut etiam jura statuunt : quibus casibus utique nulla restitutione seu damni resarciendi obligatio contrahitur.

II. Damnificatio culpata per culpam theologice, seu verum peccatum dicitur, quâ damnum inferitur cum aliqua voluntate nocendi : seu damnum proximo inferendum aliquo modo intenditur, aut directè & ex proposito volendo nocere ; aut saltem indirectè, & in suo causa posita, vel non amota, ut si animadversò periculò damni inferendi ex tua actione v. g. homicidii ex jaculatione, incendii ex incustodia luminis &c. nihilominus non caveas, nec actione illa abstineas, cum possis, eò ipso censuris velle ipsum damnum secutum : qui enim vult causam, etiam indirectè saltem vult effectum prævisum atque ex hac damnificatione theo-

logicè culpabili, omni jure naturali & politica
obligatio restituendi, seu damni resarciendi
que obligatio, etiam ante litis contestationem
ad hæredes transmittitur jure naturali, civili
Canonico. Vide latè Molinam *hic tr. 3. de*
disp. 43. Layman tr. 3. p. 1. c. 6. num. 3.

18 III. Damnificatio culpata per culpam civilem
vel politicam tantum, dicitur, quæ seclusa
voluntate nocendi proximo, omnique actione
vel omissione culpabili coram Deo, ac in contestatione
tione, nihilominus damnum proximo inferitur
actione, vel omissione culpabili vel defectu actionis
tra exactum modum agendi humanum. Defectus
enim culpa politica; defectus ab eo, quod bonum
aquum est, & humana diligentia præstari potest
quidem in foro externo, quisquis ex culpa
tantum damnum alteri dedit ad ejus integram
pensationem compelli potest per actionem
Aquilie de damno dato ff. & instit. ad L. Aquilie
E. g. si inconsultò aliquid è domo ejeceris, vel
fuderis; si candelam ardentem extinguere
num claudere; canem alligare oblitus sis &c.
de damnum proximi rebus evenit. Eadem
tione, si cujus servus, vel animal damnum
et si ignarò dominò, nihilominus compelli
damnum compensandum, aut servum, vel animal
noxæ dandum; unde actio noxalis dicta est in
Item ut Nauta, Caupo, stabularius &c. tenentur
de damno dato à suis famulis, vel iis, quorum op
rà usi sunt, statuunt Jura L. ultima ff. nauta, &
Leyman cit. num. 2.

IV. Attamen jure naturali in foro conscientia, 19
 & ante judicis fententiam non oriuntur ejusmodi
 obligationes: atque nihil obligatus eft, qui absque
 culpa theologica & peccato injuria per culpam
 civilem tantum, per fe, vel per fuos, quodcunque
 damnum dedit, nifi praecelferit pactum, aut fe-
 quatur fententia Judicis. Ita contra *Covarruviam*,
Adrianum, *Angelum*, & alios nonnullos
 docet comiffima *DD. Sylvester*, *Navarrus* uter-
 que, *Molina*, *Lessius*, aliisque cit. Layman mo-
 do cit. n. 2. Ratio eft: quia talis obligatio in fo-
 ro conscientia oriatur aut ex legum civilium con-
 ftitutione, aut ex pacto aliquo antecedente &c.
 non primum: quia leges illae ad cives cautiores ac
 diligentiores reddendos instituta, refpiciunt quam-
 cunque omissionem cautela, vel negligentiae in
 hujusmodi damnis, adeoque quali poenales funt:
 atqui legibus poenalibus omnibus comune eft, ut
 non obligent ante Judicis fententiam feu condem-
 nationem; quod in proposito vel ex eo manife-
 ftum eft, quod post mortem eorum, quorum cul-
 pa civili tantum damnum datum eft, actio adver-
 fus haeredes non concedatur, nifi lis jam antea
 conteftata fuerit; ut habetur in jure LL. allega-
 tis apud *Molinam* *rr. 2. disp. 713*. Neque fecun-
 dum: quia fupponitur hic omnino nullum pa-
 ctum interceffiffe: quod fi autem pactum aliquod
 intercefferit, v. g. comodatum, locatum, depo-
 fitum &c. comunit *DD.* Sententia eft, dam-
 nificantem obligari ex culpa etiam civili, juxta
 cujusque contractus naturum: v. g. comodatarius

Rr s

ex

ex culpa civili etiam levissima : conductor ex
 pa levi : depositarius ex sola culpa lata &c.
 Sed de his jam aliàs tr. 4. latiùs & mitius ; hic
 ter insinuasè sufficit.

ASSERTIO II.

20 **F**urtum est peccatum mortale ex genere su-
 cusatur tamen multipliciter tum ex par-
 tus furantis, aut domini, cui res sua aufer-
 tum maxime ex parvitate materia : materia
 tem gravis sufficiens ad mortale furtum, ab-
 quidem respectu conjunctive est duorum cir-
 ducatorum, respectiva autem est virtus viri
 talis domini, vel personæ rei. Comuni doctrinæ
 ut patebit explicando per partes.

§. I.

Furtum est peccatum mortale ex genere su-
 21 **C**ertum de fide, & expresso præcepto Decal-
 gi : Omnia enim præcepta Decalogi, quæ
 quorum observantia necessaria est ad salutem æ-
 nam, sine dubio obligant sub mortali ex genere
 suo : ergo. Deinde : omne peccatum directè
 repugnans Charitati & justitiæ est mortale ex ge-
 nere suo : furtum autem directè repugnat utriusque
 Charitati quidem quatenus fur proximo malum
 infert : justitiæ verò, quatenus infert injuriam
 ut nimis manifestum : ergo. Quod autem dicitur
 tur Proverb. 6. *Non est grandis culpa, cum qui fur-
 ratus fuerit &c.* partim excusat furtum ob ne-
 cessitatem furantis saltem à tanto : nam sequitur
furatur enim, ut esurientem impleat animam

partim comparat furtum ut minus peccatum cum
 majori peccato adulterii : fequitur enim ulterius :
*qui autem adulter eft, propter cordis inopiam perdet
 animam fuam.* Porrò conftat furtum ex genere
 & objecto fuo levius efle peccatum, omnibùs aliis
 peccatis in Decalogo prohibitis, cœteris paribùs,
 peccata enim contra Præcepta primæ tabulæ cùm
 verentur circa ipfum Deum, ejùsque cultum, uti-
 que funt graviora furto verfante circa hominem
 tantùm. Alia autem Præcepta fecundæ tabulæ,
 cùm verentur aut circa proximi personam, aut bo-
 num vitæ, famæ, honoris, etiam ex genere fuo
 majora peccata funt furto verfante circa bona ex-
 terna fortunæ proximi, quæ funt inferioris longè
 ordinis, ut per fe patet.

§. II.

*Excufatur à mortali ex parte furantis,
 & domini. &c.*

Furtum ex genere fuo mortale, inprimis ex-22
 culatur, & fit veniale ex parte ipfius furantis,
 tum ob imperfectionem actûs ; ut fi fiat absque
 fufficienti deliberatione, ex aliqua præcipitantia,
 vel metu minuente voluntarium : tum ex igno-
 rantia facti : ut fi ignores rem efle alienam, cû
 non omninò inculpabiliter ob defectum fufficien-
 tis inquisitionis. Tum ex ignorantia vel errore
 juris, eft non inculpabili : ut fi absque fufficienti
 inquisitione tibi perfuadeas, licere tibi auferre,
 vel ufurpare rem alienam, vel ob neceffitatem
 non fufficientem, vel ob compensationem non fatis
 debi-

debitam, vel quòd falsò putes dominum non invitum ad ablationem rei suæ : vel quòd credas, rem inventam in publico licitè à quolibet auferri &c. Denique ignorantia invincibilis inculpabilis juris, vel facti sicut in omni alia peccatorum, ita & in furti materia peccatum omnino tollit ; cùm omne tollat voluntarium. Omne certa apud omnes ex materia de actibus humanis & peccatis.

23 Rursus furtum ex genere suo mortale excusat, & fit veniale, vel omninò nullum, ex parte domini, cui res sua auferitur ; quippe qui sciatur, probabiliter putetur parùm aut omninò non esse invitum, sibi talem rem auferri, utpote quam parùm aut omnino non curat : adeòque qui auferat rem etiam si aliàs notabilem, si tamen dominus non sit notabiliter involuntarius, sed æquè parcet, ac si res esset parvi momenti, non peccat mortaliter, sed venialiter tantùm : si autem rem omninò pro neglecta habere dominum committit, omne peccatum cessabit. Communis DD. ratio patet : quia furtum formaliter eatenus peccatum est contra justitiam, seu injuria contra jus proximi, quatenus fit invito domino, nolente scilicet juri suo cedere : ergò quo minus invitum est dominus, quoque magis suo juri cedit, eò minus est peccatum, seu injuria : consequenter peccatum mortale non erit, quando rem ablatam, etsi magnam, non magis tamen curat, quàm si esset modica : quòd si verò omninò cesset esse invitum, & juri suo omninò cedat, clarè cessabit peccatum.

omnino; cum fiat invitò dominò, saltem quoad rem ipsam, licet esset invitus quoad modum.

Econtra autem similiter augebitur peccatum, quo magis dominus rationabiliter invitus est, vel agrè fert, rem suam sibi auferri: adeò ut si quis auferens rem alienam, etsi de se modicam, & materiam furti venialis, sciat tamen dominum ea valde affici, delectari, vel opus habere, ut ex ejus amissione magnam molestiam capturus sit, æquè ac si esset res magni momenti, peccabit mortaliter, æquè ac si auferret rem magni momenti: v. g. si auferas diviti nummum, vel monetam valde antiquam & charam: imò florem aliquem ob raritatem, & singularem, rationabilem tamen affectum, tanti æstimatum, ut mallet perdere aliquot taleros: item si famulus contra præceptum domini auferret primos fructus ex arbore vel vite, speciali affectu expetitos, puta, ad honorandos amicos, vel offerendos Ecclesiæ &c. *Ratio est*: quia licet res in se parvi momenti sit, quia tamen dominus eam sibi auferri non omnino irrationabiliter æquè invitus ac involuntarius est, eandem molestiam capturus, ac si res magni momenti fuisset, æquè graviter peccabis: ut docent DD. communiter. *Sylvester. Navarrus* uterque. *Lessius*. alij cum Layman. *hic c. 16. num. 3.*

Ubi tamen gnaviter nota, illud augmentum peccati mortalis in ablatione rei levis, sed magni æstimatæ, non esse in specie furti contra justitiam, sed potius in genere offensæ tantum contra charitatem: quia furtum in ratione injustitiæ eatenus est pecca-

peccatum mortale, quatenus proximo notabile
 damnum infertur in bonis fortunæ: at in illa ab-
 tione rei levis, quamvis magni æstimatæ ab in-
 to domino, nullum tamen notabile damnum in-
 fertur in bonis fortunæ, ut semper supponitur
 ergo non est peccatum mortale furti, sed in ratio-
 nè furti contra iustitiam veniale manet, mortale
 autem evadit in ratione offensæ contra Charitatem
 quatenus domino iniquam vexationem vel mo-
 lestiam creat, sæpè etiam in gravia peccata, blas-
 phemias, vindictas, &c. præcipitat. Et certum est
 omnes, eum, qui ejusmodi rem abstulit, non tenet
 ri postea domino restituere tantum, quanti ipse
 rem æstimavit, sed solum æstimationem communi-
 nem rei in se.

§. III.

Et maximè ex parvitate materia.

26 **F**urtum ex genere suo mortale, maximè ex
 parvitate, & veniale fit ex parte materia, lesæ
 parvitatem vel levitatem materia; cum veniale
 circa bonum hominis infimi ordinis, & materia
 divisibile, seu magis & minus suscipiens: quod
 proinde ad eò minorari poterit, ut amplius peccatum
 mortalis & reatus æternæ damnationis capax
 fieri recta ratione non possit, in quo omnes con-
 niunt, præter solum, quem sciam, nostrum
 brielem in 4. d. 15. quest. 3. §. 5. docentem, quod
 lem cunque rei modicæ acceptionem esse mortale
 si fiat ex affectu nocendi proximo, aut ex cupiditate
 possidendi rem alienam: sed rejicitur ab omnibus
 bus fundamentum ejus, hoc scilicet quod ex
 duos

nere suo est tale, semper est tale. Verum enim
 est de genere metaphysico, vel logico, falsissimum
 autem de genere morali peccati: peccatum enim
 mortale ex genere suo dicitur, non quòd semper
 debeat esse peccatum mortale, sed quòd ex pro-
 prio objecto, seclusa quavis alia malitia, possit esse
 peccatum mortale, & etiam sit, positis requisitis;
 supote voluntario pleno, materia sufficiente & ca-
 paci tanti reatùs: de quo in materia de peccatis.
 Certum hìc est, posse nos assignare materiam cer-
 tò gravem & sufficientem pro peccato mortali v. g.
 centum aureos; aut certè talem, ob quam vel jure
 Canonico excommunicatio, vel Jure Civili pœna
 capitis infligi possit per se loquendo: cùm nec ex-
 communicatio, nec pœna capitis infligi justè pos-
 sit, nisi ob peccatum mortale. Certum item est,
 posse nos assignare materiam furti certò levem, &
 solius culpæ venialis pev se capacem: v. g. unum
 vel alterum obolum &c.

At difficultas tota in assignanda quantitate ma-
 teriæ determinata & media consistit, quæ nimi-
 rum sit gravis, ut in ea, vel ultra illam sit culpa
 gravis & mortalis, & quâ minor, & infra quam sit
 materia & culpa levis, ac venialis tantum. In hac
 quæstione maximè practica tot ferè sunt sententiæ,
 quot capita. Nimis strictè *Navarrus* solùm di-
 midium regalem vel julium requirit, id est, unum
 nostrum pacium, vel paulò plus. *Corduba* &
 alii, unum regalem, scilicet duos nostros pacios
 circiter. *Molina*, *Rebellus*, *Lessius*, aliique multi
 duos regales, id est, quatuor vel quinque nostros
 pacios.

640 *Traet. V. in VII. & X. Præcept. Decal. Cap.*
pacios. *Valentia, Syrus.* alij apud Dianam
resol. 57. tres regales vel julios, scilicet medium
nostrum florenum circiter. Alii commu-

Sanchez *lib. 7. moral. cap. 20.* quatuor re-
les scilicet nostrum medium talerum, vel flo-
renum circiter. Nimis autem laxè generati-
quando, *Sotus, Sylvester, Angelus,* alii, unum
duos aureos seu ducatos. Ab omnibus
explosa est opinio quorundam Veterum, et
centum aureos furari valde diviti, seclis
damno vel incommodo domini, non constituit
materiam gravem, vel peccatum mortale.

28 Denique post longam inquisitionem materia
gravis & furti mortalis, omnes ingenè facti
non posse aliquam regulam certam & fixam con-
stitui, sed totum pendere ab æstimatione
& judicio prudentis ex circumstantiis in particu-
lari definiendum esse: nimirum non ex sola quan-
titate rei ablata, sed etiam à circumstantiis per-
sonæ ditioris, vel egentioris, cui ablata est, indico-
majori vel minori damno causato. Unde materia
gravis furti alia statuenda est *absoluta*, absque re-
latione particulari ad personam ditio-rem, vel e-
gentiorem: alia *respectiva*, quæ scilicet non secum
se absolute, sed solum habita relatione & respectu
ad circumstantias personæ læsæ, gravis est, & suffi-
ciens ad peccatum mortale. Qua quantitas
gravi assignata, facile patebit materia parva & e-
cusans à mortali.

§. IV.

Materia gravis, & levis.

Materia furti gravis, & sufficiens ad pecca-29
tum mortale *absoluta*, & respectu cujus-
conque etiam opulentissimi, aut Regis vel Princi-
pis potentissimi, sunt duo circiter ducati. *Respecti-*
va verò ad conditiones personarum est illa, quæ
sufficeret ad victum unius diei tali personæ, cui
ablata est: veluti si à mercatore valde divite fure-
ris duos florenos circiter: à cive mediocriter di-
vite florenum: ab opifice dietim victitante tres vel
quatuor pacios; ab operario diurno labore victi-
tante unum vel alterum pacium: à paupere men-
dico aliquos cruciferos, vel numeros, quibus se-
cundo die utcunque aluisset. Ita ferè Layman. *lib.*
3. tract. 3. p. 1. cap. 1. num. 3. alii apud ipsum:
& re ipsa ferè coincidunt Bonacina, Petrus Na-
varrus, alii cum Lugo *disp. 16. sect. 2.* & re ipsa
consentit noster Marchant. *tribun. p. 2. tract. 8.*
tit. 1. q. 5. Ratio est.

I. Quia sicut alia peccata Reipublicæ pernicio-30
sa prohibentur graviter ut intrinsecè mala, non
propter damnum actuale præcisè, quod adferunt
semel facta, sed etiam & multò magis propter
damnum habituale & consecutivum, quod adfer-
rent semel licita, sed sæpiùs repetita, si semel sine
gravi culpa licerent, v. g. pollutio voluntaria pro-
hibetur graviter ut intrinsecè mala, in omni casu:
quia licet semel facta in raro casu ad evitandâ mor-
tem, vel gravissimam infirmitatem, non afferret

grave damnum speciei humanæ, afferret tamen gravissimum consequenter ex eo, quod si semel in aliquo casu liceret, homines ad illam delectationem proclives, fingerent sibi necessitates, & occasus valde frequentes, in maximum detrimentum speciei humanæ, dum illa voluptate contenti, minus curarent de matrimonio. Item revelatio Sagramenti Sacramentalis prohibetur graviter ut intrinsecè mala in omni casu; quia licet semel facta non afferret gravissimam causam v. g. proditionis detegenda non afferret detrimentum Sacramento, afferret tamen gravissimum, & exosum redderet Sacramento ex eo, quod si vel in uno casu ob gravissimam causam liceret, semper metueret penitentiam ne fortè occurrat talis causa, aut ne Confessor talem causam apprehendens peccata sua revelet, ideo vix ullum gravius peccatum auderent committeri: & ita in cæteris omnibus. Atque eadem ratione in proposito furtum prohibetur ut intrinsecè malum & grave ex genere suo, non præcisè damnum actuale, quod afferret semel factum, quando v. g. Principi opulento aliquot ducatos, etiam & multò magis ob damnum habituale & consecutivum, quod afferret sæpiùs repetitum, si semel citra grave peccatum liceret in tanta quantitate furari. Jam subsumo.

31 II. Atqui licet revera furtum unius vel alterius ducati à Principe, vel alio ditissimo, unius florini ab alio divite &c. semel factum eidem nullum, vel exiguum afferret detrimentum, afferret tamen detrimentum maximum, si semel in tanta quantitate

tra grave peccatum liceret, tunc enim ex hominum malitia, & avaritia innata multiplicarentur ejusmodi furta, ex quorum frequentia maximum detrimentum etiam ditissimis sequeretur: ergo furtum in tali quantitate assignata censeri debet prohibitum graviter, & sub peccato mortali. Accedit, quod hæc sit communis hominum etiam prudentum persuasio, valorem unum, aut duos ducatos excedentem esse gravem absolute, ut vix aliquis etiam potentissimus reperiatur, qui spectatis omnibus impendiis, tantæ pecuniæ jacturam, ut sibi damnosam non justissime ægrè ferat. Secus est de furtis minoris quantitatis: non enim sequitur tantum detrimentum ex eo, quod homines faciant, se sine peccato mortali posse aliquid minus furari: quia minus peccatum veniale, licet minus absterreat, tamen ob minus lucrum etiam minus invitat ad illa furta minutiora.

III. Respectivè verò ad condiciones personarum, & re sua indigentium, per se notabile damnum inferitur auferendo eis tantam quantitatem, quæ ad victum unius diei sufficeret, prout supra specificatum. Quin etiam operario pauperi, qui in diurno labore ad sui sustentationem plus lucrari non potest, furari unum pacium mortale erit: quia eo furto majus damnum inferitur tali pauperi, quam diviti furando integrum florenum, vel ducatum. Item valde pauperi etiam aliquos nummos furari, quibus ad victum valde indigeret, lethale erit eadem ratione: nam sicut testimonio Christi Marci 12. Vidua illa, quæ duo æraminuta in gazophylacium

ladium misit, plus omnibus dedit, quia totum
 etum suum dedit: ita qui illi hæc duo æra minima
 furto abstulisset, non quid modicum, sed totum
 victum abstulisset, ideoque grave damnum intulisset.
 Item eadem ratione peccatum mortale committetur
 auferendo alicui rem quantumvis minimam, si ipsi
 exinde grave damnum emergat, vel lucrum cesset:
 ut si auferas pauperi sartori aculeum, sutori subulam,
 scribæ calamum, aliive aliquid instrumentum, cum
 tamen scias illum aliud non habere, nec brevi acquirere
 posse ad opera sua necessario exercenda. Ut ex communi
 notant Novarrus c. 17. num. 2. Laym. cit. c. 1. num. 3. Li-
 go cit. sect. 3.

33 IV. Denique apud omnes constans est, eum qui furatur quantumvis minimam rem, sed animi accipiendi quid magnum, peccare mortaliter in intentione & affectu, etsi non in executione, & effectu. Unde si poenitens confiteatur, se modicum quid furatum esse, aliquando à Confessario interrogandus erit, an fortè non defuerit animus plura furandi, si copia vel occasio fuisset. Quia ut dicit S. Hieronymus in Epist. ad Titum c. 2. relata c. ult. 14. q. 6. *Fur non solum in majoribus, sed etiam in minoribus judicatur: non enim id, quod furtum est, sed quod furandi attenditur.*

SECTIO